

sione dignus, de prædictis, ut supra, damnatis, & in prædicto libro contentis, aliisque (ut infra) subinfertis Articulis, Opinionibus, Sententiis, Libellis, Orationibus, Scripturis, Epistolis, Theſibus quoquo pacto loqui, scribere, & disputare audeat, Librumque, & alia prædicta penes se retinere, vel legere præſumat: Remanente nihilominus in reliquis in suo robore posteriori Decreto a Nobis in Sacra Suprema, & Universalis Inquisitionis Congregatione, ut præfertur, edito. Decernentesque sic, & non alias in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Interpretes, Doctores, Academias, Universitates, & Studia Generalia, aliasque personas, Judices ordinarios, delegatos, mixtos, etiam Nuncios nostros, & Sedis prædictæ, sublata eis, & eorum cuilibet qualibet aliter judicandi, & interpretandi, ac glossandi, & decidendi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere: irritumque, & inane, quicquid fecerit super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter attentatum forsitan est hæcenus, vel imposterum contigerit attentari. Non obstantibus omnibus, que in dicto nostro posteriori Decreto volumus non obtinere, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.12. Opera vero addita aliis in calce posterioris nostri Decreti, ut præfertur, registratis, & prohibitis, sunt sequentia, videlicet. Liberti Fromundi Sacre Theologie Doctoris &c. Brevis Anatomia hominis, Lovanii apud Jacobum Zegers &c. Anno 1641. Conventus Africanus, sive disceptatio judicialis apud Tribunal Præfulis Augustini &c. Enarratore Artemidoro Oneirocritico, a Roven, Chez Nicolas de Montaigne, anno 1641. Memorial au Roy incipiens, Jean Janſenius Chanoine &c. & finiens, contra illa duo Decreta Summorum Pontificum &c. Item Attestatio notarialis &c. incipiens: Ego infraſcriptus, & finiens, Petrus Mintart Notarius. Approbatio sub nomine nonnullorum Theologorum ex variis Religionibus, tam Ordinum Monachalium, quam Mendicantium, necnon Archiepiscopi Philippensis, aliorumve Theologorum Clericorum secularium, Doctrinæ Cornelii Janſenii in dicto libro, Augustinus, contentæ, incipiens: Quid censendum sit de doctrina in opere Reverendiss. D. Cornelii Janſenii Episcopi Iprensis fel. mem. nuncupato Augustinus, contentæ, patebit ex subsequentibus attestationibus Doctissimorum Virorum in Belgio, & alibi existentium &c. & finiens: Et me publico, & Apostolico, ac dictæ Universitatis Notario, et Scriba jurato. Quod attestor: Petrus Mintart Notarius. Ut autem præſentes nostræ literæ, omniaque, et singula in eisdem literis, ut supra contenta, ad omnium notitiam deducantur, nec illarum ignorantia ab aliquo allegari possit, volumus easdem præſentes nostras Literas, seu earum transcriptum, etiam impressum (cui ma-

nu Notarii publici subscripto, et sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munito, plenam ubique locorum, et tam in judicio, quam extra illud, fidem adhiberi decernimus) in Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, et Cancellariæ Apostolicæ valvis, atque in acie Campi Floræ per aliquos ex Cursoribus Palatii Apostolici publicari, et affigi, earumque copiam inibi affixam dimitti, publicationemque, affixionem, et copiam affixæ dimissionem hujusmodi in omnibus, et quoad omnia sufficere, et pro solemnium, et legitima haberi, nec aliam publicationem in Regnis, Provinciis, Civitatibus, Oppidis, et Locis requiri, aut expectari debere, omnesque, et singulos perinde arctare, et afficere, ac si unicuique nominatim, ac personaliter intimatæ, atque præſentatæ fuissent.

§.13. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, adjunctionis, prohibitionis, jussionis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo quadragesimo primo, pridie nonas Martii, Pontificatus nostri Anno Decimo octavo.

DCLXX.

Jubileum Universale ad divinam opem implorandam.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Universis Christianis presentes literas inspecturis salutem, & apostolicam benedictionem.

Publicis Christianis precibus optatam Republicæ Christianæ tranquillitatem pluries Deo præcati sumus, assidueque officiis, & paternis hortationibus pacem inter orthodoxos principes conciliare studuimus, sed veremur ne populorum iniquitates, & peccata, vultum Dei absconderint a Nobis, ne exaudiat; cumulantur enim tum cum maxime excitati bellorum turbines, quibus sedandis consilia humana sunt inferiora, nisi ope cælesti adjuventur. Ad Dominum igitur, qui conterit bella denique clamandum censemus, confisi fore, ut præstabilis super humanam malitiam divina bonitas, id, quod enixe petimus, multiplicatis intercessionibus, tandem misericorditer largiatur. Hoc autem, ut fructuosius fiat, & majori cum spiritus ardore peragatur, ex veteri Ecclesiæ Romanæ operam matris, & magistræ more, ejusdem Ecclesiæ thesauros, quorum dispensatores a Domino constituti sumus

sumus, proferre, & erogare decrevimus.

§.1. Itaque ex parte Omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, omnes, & singulos utriusque sexus Christianos, tam in Alma Urbe nostra, quam extra-urbilibet locorum constitutos, apostolica auctoritate paterne requirimus, monemus, & in Domino adhortamur, ad infraſcripta devote peragendum, & adimplendum, & ad Deum Salvatorem nostrum orandum, ut per viscera misericordiæ suæ fidem catholicam protegere, ab hostium conatibus, & insidiis defendere, hæresim extirpare, Principibus christianis pacem, & veram tranquillitatem donare, ac præcipue præſentibus Ecclesiæ necessitatibus subvenire dignetur.

§.2. Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus, meritis minime suffragantibus contulit, universis, & singulis Christianis in Alma Urbe prædicta degentibus, qui Sancti Joannis Lateranen., Principis Apostolorum, Sanctæ Mariæ Majoris ejusdem Urbis Ecclesias, seu Basilicas, sive nationalem, quoad ipsius Ecclesiæ nationales, aut Parochialem Ecclesias, vel Ecclesiarum hujusmodi alteram spatium trium mensium a die datæ præſentium computandorum semel saltem visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium devote, ut supra, Deum oraverint, ac feria sexta unius hebdomadæ intra dictos tres menses decurrendæ jejunaverint, & peccata sua confessi, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum saltem in dominica die immediate sequenti reverenter sumperint: Cæteris vero extra Urbem, prædictam ubique degentibus, qui Ecclesias, ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, aut de eorum mandato, & ipsis deficientibus, per eos, qui inibi curam animarum exercent, postquam ad eorum notitiam hæc nostræ literæ pervenerint, designandas, vel Ecclesiarum hujusmodi alteram, spatium trium similiter mensium a publicatione designationis per Ordinarios, vel eorum Vicarios, seu Officiales, vel alios, ut præfertur, faciendæ computandorum, saltem semel visitaverint, ibique, ut supra oraverint, ac feria sexta unius hebdomadæ intra eosdem tres menses decurrendæ similiter jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, ac saltem in die dominica immediate sequenti, Sanctissimam Communionem refectiverint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, sicut in Anno Jubilei visitantibus certas Ecclesias intra, & extra Urbem, concedi consuevit, tenore præſentium concedimus, & elargimur.

§.2. Navigantes vero, & iter agentes, ut cum primum ad sua se se domicilia receperint, supraſcriptis peractis, & visitata Ecclesia Cathedrali, vel Majore, aut Parochiali loci ejusdem domicilii, eam-

dem indulgentiam consequi possint, & valeant.

§.3. Regularibus autem personis utriusque sexus, etiam in claustris perpetuo degentibus, necnon aliis quibuscumque tam laicis, quam ecclesiasticis, secularibus, vel regularibus, etiam in carcere, aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præſtare nequiverint, ut illa Confessarius ex jam approbatis a locorum Ordinariis ante præſentium publicationem, seu approbandis, eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque injungere, quæ ipsi poenitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus.

§.3. Insuper omnibus, & singulis Christianis utriusque sexus, tam laicis, quam ecclesiasticis, secularibus, & regularibus cujuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti, tam in Urbe prædicta, quam extra eam ubique locorum, ut præfertur degentibus, qui Ecclesias prædictas, seu earum alteram ter continuis, seu interpolatis diebus intra dictorum trium mensium spatium visitaverint, & inibi, ut supra, oraverint, necnon Feria quarta, & sexta, ac Sabbato alicujus hebdomadæ intra dictum temporis spatium decurrendæ jejunaverint, licentiam concedimus, & facultatem; ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium, tam secularem, quam cujuscumque Ordinis regularem, & ut præmittitur approbatis a locorum Ordinariis, qui eos ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & aliis ecclesiasticis sententiis, & censuris a jure, vel ab homine quavis causa latis, seu inflatis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolicæ etiam in Literis die Cœnæ Domini legitis contentis, & aliis per quascumque nostras, aut Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Constitutiones, quarum tenores præſentibus haberi volumus pro expressis quomodocumque reservatis in foro conscientie, & hac vice tantum, non tamen a crimine hæresis, absolvere, & liberare valeant. Et insuper vota quacumque (religionis, & castitatis exceptis) in alia pia, & salutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus poenitentia salutari; aliisque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis.

§.4. Quapropter tenore præſentium in virtute sanctæ obedientiæ districte precipimus, atque mandamus omnibus, & quibuscumque Venerabilibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatibus, ac quibuscumque Ordinariis locorum ubique existentibus, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus,

Regulares, legitime impediri quidage re debeat ad Jubileum consequendum.

Pœnitentia facultates Confessariis tribuuntur.

Præſentes Literæ a locorum Ordinariis publicanda.

Indictio Jubilei.

Indulgentia propinata.

Quæ hic præſentibus peragantur.

Sanctio passiva.

Datum die 6. Martii 1641. An.XVIII.

Ex Regest. in Secret. Brevo.

Proœmium.

Navigantes, iterantes.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die decimo octava Martii 1641. Pontificatus nostri Anno Decimo octavo.

DC XXI.

Quod Laici, seu Conversi Ordinis Minorum suffragentur in admisione Novitiorum ad professionem,

De istorum Fratrum Religione lege in Constitutione. LV. Tom. V. Par. V. fol. 218. Ut ea. & in Const. LXI. Injuncti Nobis. ibidem. fol. 231.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Laici, seu Conversi Ordinis Minorum S. Francisci de Paula, quod licet ipsi, etiam ab ipso dicti Ordinis primordio, in pacifica semper professione fuerint nonnullis functionibus, & actibus capitularibus interessendi, præsertim vero in Capitulis, quæ pro Novitiorum acceptatione, & ad professionem regularem admisionem sunt, votum, sive suffragium, ad instar aliorum Ordinis hujusmodi Vocalium, & Sacerdotum ferendi.

§. 2. De anno tamen 1635. in Capitulo generali ejusdem Ordinis in Civitate Massiliensi celebrato, Superiores, & alii Vocales Sacerdotes prædicti eosdem Laicos, seu Conversos, suis hujusmodi jure, & possessione privare tentarunt, & desuper inter alia per eos in eodem Capitulo generali condita Constitutiones, & Statuta, sequens Decretum eorumdem Constitutionum, & Statutorum numero 34. ediderunt, videlicet. Novitiorum acceptatio ad professionem fiat per secreta suffragia, secus suo priventur officio Superiores. In paritate autem vocum stetur Informatori, ad quam acceptationem Clerici non habeant votum, nisi sint in sacris Ordinibus constituti: Laici vero nequaquam, sicut neque in aliis rebus spiritualibus.

§. 3. 4. Postmodum vero petita nomine Correctoris Generalis Ordinis hujusmodi a Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, negotiis Regularium præpositis, eorumdem Constitutionum, & Statutorum, præsertim quoad eam partem, qua disponitur, quod Laici, seu Conversi hujusmodi in acceptatione Novitiorum votum non habeant, confirmatione; licet Nos de eorumdem Cardinalium consilio Constitutiones, & Statuta hujusmodi, exceptis tamen decimo Statuto circa dismembrationem Conventus Orbitelli, ac trigesimo quarto circa Laicorum, seu Conversorum votum in acceptatione Novitiorum, quæ omnino tolli, & aboleri volumus, itant circa Conventum prædictum, ac

Supplicatio.

Referunt Statuta. Cap. Gen. Massil. 2. n. 34. vid. correct. 71. c. ex eo. de election. in 9.

Hic Pont. alia confirmavit statuta. d. Cap. non tamen circa dismembrationem Conventus Orbitelli, & Laicorum, votum in acceptatione Novitiorum.

tibus, illis, qui curam animarum exercent, ut eum præsentium literarum transumpta, aut exempla, etiam impressa acceperint, illa statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimento per suas Ecclesias, & Dioceses, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & Loca publicent, & publicari faciant, Ecclesiamque, seu Ecclesias visitandas designent;

§. 5. Non intendimus autem per præsentibus super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquomodo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientie, neque etiam easdem præsentibus iis, qui a Nobis, & Apostolica Sede, vel ab aliquo Prælato, seu Judice ecclesiastico excommunicati, suspensi, interdicti, seu aliis in sententias, & censuras incidisse declarati, vel publice denunciati fuerint, nisi infra tempus dictorum trium mensium satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, præsertim quibus facultas absolventi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservat, ut nec etiam similes, vel dissimiles indulgentiarum, & facultatum hujusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuique suffragari queant, necnon regula nostra de non concedendis indulgentiis ad instar; ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, sive Institutorum regularium, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis ejusdem Ordinibus, Congregationibus, & Institutis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, præsentibus pro sufficienter expressis, ac formam eorum traditam pro servata habentes, hac vice specialiter, nominatim, & expresse ad effectum præsentium derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Ut autem præsentibus nostris, quæ ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant.

§. 7. Volumus, ut earundem præsentium transumptis, vel exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis ubique locorum, & gentium eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Casus a prædictis facultatibus excepti.

Contrarium derogatio.

Transumptis fides danda.

ac Laicorum votum in acceptatione Novitiorum nihil omnino in posterum esset, vel esse censeretur innovatum, sed circa hæc, omnia remanere in statu pristino, apostolica auctoritate confirmaverimus, aliaque fecerimus, ut in nostris in simili forma Brevis desuper expeditis literis, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, uberius continetur. Nihilominus tamen Sacerdotes, & alii Superiores locales Ordinis hujusmodi anno superiori eosdem Laicos, seu Conversos in suis hujusmodi jure, & possessione de novo turbare tentarunt. Unde habito ab ipsis Exponentibus ad eosdem Cardinales recursu, præfati Cardinales inhærendo Decreto alias, ut præfertur, desuper ab eis edito, audito prius Procuratore generali Ordinis hujusmodi, dilecto filio nostro Antonio tituli Sanctorum Nerei, & Achillei Presbytero Cardinali Sanctacrucio nuncupato, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectori commiserunt, ut pro suo arbitrio, & prudentia in præmissis statueret, & decerneret, quod pro debita eorumdem exponentium satisfactione, & profitentium quiete in Domino conspexisset salubrius expedire.

Laici iterum fuerunt a voce turbati recurrunt ad S. Congreg. que committit negotium Emo D. Card. Protectori.

Card. Protector declarat ut in sum. glof. in d. cap. ex eo.

Confirmatur Decret. Card. Protector, ut in Summa & Supplementis definitis.

singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet in futurum spectabit, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub vocis activæ, & passivæ, necnon suorum officiorum privationis, perpetuæque ad illa, & alia in posterum obtinenda inhabilitatis, aliisque arbitrii nostri pœnis, eo ipso per contrascentes absque ulla declaratione incurrendis, ut decretum, seu declarationem hujusmodi inviolabiliter observent, ac eosdem Exponentes omnium, & singulorum in eisdem decreto, seu declaratione contentorum commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere sinant, & faciant. Ac decernentes præsentibus literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus, fortiri, & obtinere, distisque Exponentibus in omnibus, & per omnia plenissime suffragari.

§. 8. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, distisque Sedis Nuncios, ac quovis alios, quavis auctoritate fungentes, subblata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 9. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac prædictis, & quibusvis aliis dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis quibusvis ejusdem Ordinis Superioribus, Fratribus, & personis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 10. Volumus autem, ut præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 22. Martii 1641. Pontificatus nostri Anno XVIII.

Pœnis contrascentibus, & clausula præservativa.

Clausula subblata, & decretum irritans.

Contrarium derogatio.

Transumptis fides adhibenda.

Datum die 22. Martii 1641. An. XVIII.

Decla-

§. 7. Mandantes propterea omnibus, &

Ex Regest. in
Secretis brev.

Declaratio nullitatis Decretorum, & ge-
storum per Nuncium Hispaniarum tam-
quam Sedis Apostolicæ Jurisdictioni, &
libertati ecclesiasticæ adversantium.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium ab
ipsa materia
sumptum.

Debet Nos, qui in Apostolica Sede a
Domino collocati, & univrsis Ec-
clesiæ regimini præpositi sumus, curare se-
dulo, ne ejusdem Sedis auctoritas, ac jura,
& immunitas, libertasque, & jurisdictio ec-
clesiastica, facto ministrorum apostolico-
rum nullatenus imminuantur, & si quid ab
eis, absque sufficienti facultate, gestum,
actumque sit, per quod, licet ipso jure
nullum præmissa quoquo modo lesa videan-
tur, ne eo tamquam valido quisquam igno-
rantia, vel alio prætextu uti præsumat,
opportune declarationis ministerio provi-
dere.

Nonnulla De-
creta ab Hispa-
niarum Nuncio
emanata in
præjudicium ec-
clesiasticæ ju-
risdictionis.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, di-
lectus filius, Cæsar Fachenettus, Archie-
piscopus Damiaten noster, & Apostolicæ
Sedis ad charissimum in Christo filium,
nostrum Philippum Hispaniarum Regem
Catholicum, & Hispaniarum Regna Nun-
cius, nulla a nobis sufficienti facultate
suffultus, immo Nobis inconsultis, & pla-
ne infcis, nonnulla Decreta variis impe-
dimentis Tribunali ejus nunciaturæ præsti-
tis, & vexationibus sibi factis, quasi coactus
fecerit, ac clausulas, & verba quedam in
expeditionibus Causarum, negotiorum, &
gratiarum, quæ ab eo, ejusque Tribunali
vigore suarum ordinarum facultatum
fiunt, apposerit, seu apponi curaverit,
vel apponenda esse statuerit, beneplaci-
tumque Regium, & Laicale in actibus ec-
clesiasticis præservaverit, statutorumque,
& ordinationum suarum approbationem
a Nobis, & Sede Apostolica, infra certum
tempus obtinere promiserit, ex quibus no-
stra, & Sedis præd. auctoritati, juribusque,
& immunitati, libertatique, & jurisdic-
tioni ecclesiasticæ, ac præd. Nunciaturæ
apostolicæ officio præjudicium non modic-
um illatum fuisse, vel esse, aut fore dici
prætendi, seu censei possit.

Pontifex irri-
tat.

§.2. Idcirco etiam indubium sit, præ-
missa per eundem Nuncium, sufficiente
ad id a Nobis facultate minime suffultum,
facta, Decreta, & Statuta ipso jure fuisse,
& esse nulla, attamen ne eorum approba-
tio ex taciturnitate, & conniventia nostra,
temporisque cursu quantumlibet longo
ac quomodolibet induci, vel præsumi va-
leat, liquidoque constet, illa præter men-
tem, voluntatem, & intentionem nostram
ab eodem Nuncio emanasse; motu proprio,
& ex certa scientia, ac matura delibera-
tione nostris, deque apostolicæ potestatis
plenitudine, eorundem Nuncii Decreto-
rum, Statutorum, Ordinationum qua-
rumcumque eidem Sedi, aliisque prædictis

quomodolibet præjudicialium, omniumque
& singulorum inde hætenus, imposterum
quandocumque sequutorum, & sequend-
orum, aliorumque hic forsan de necessita-
te exprimentorum, vel inferendorum,
tenores, etiam majores, & veriores pro
plene expressis, & insertis habentes, om-
nia, & singula per eundem Nuncium abs-
que sufficienti facultate apostolica circa
negociorum, causarum, & gratiarum qua-
rumlibet ab eo, suæque nunciaturæ Tribu-
nali juxta ordinarias facultates expedition-
nem, vel alias quomodolibet Sedi Apo-
stolicæ, jurisdictionique, immunitati, vel
libertati ecclesiasticæ quomodolibet præju-
dicialia facta, decreta, constituta, ordi-
nata, & innovata etiam intuitu, & con-
templatione, aut in favorem ejusdem Re-
gis Catholici, ejusque officialium quorum-
cumque, ac Regnorum Hispaniarum, Uni-
versitatum, nationum, & quorumcumque
aliorum quantumlibet sublimium, & su-
præmorum cujuscumque conditionis, sta-
tus, gradus, ordinis, præminentia, &
dignitatis etiam ecclesiasticæ existentium,
etiam speciali, & individua mentione di-
gnorum, ac alias quomodolibet qualificato-
rum, etiam per modum declarationis,
& reformationis, ac quacumque ex causa,
seu prætextu quantumvis justo, favora-
bili, & pio, etiam cum clausula, salvo,
& reservato nostro, & Sedis Apostolicæ
beneplacito, vel fortasse etiam cum inten-
tione data, vel promissione facta illud a
Nobis, & Sede præd. impetrandi, etiam
cum prætextu illorum executione, & ob-
servantia, ac aliis inde sequentis quibus-
cumque, fuisse, & esse ipso jure nulla, &
invalida, nulliusque roboris, vel momenti,
neque ullum omnino ex eis nostræ, & di-
ctæ sedis auctoritati, juribusque, & immu-
nitati, libertati, & jurisdictioni ecclesi-
asticæ, eidemque nunciaturæ præjudicium
illatum fuisse, vel esse, nec cuiquam inde
jus aliquod tam in Petitorio, quam in
Possessorio, & aliis quomodolibet acqui-
situm, minusve illa, & eorum quodlibet
ex nostra taciturnitate, & conniventia,
& quocumque temporis cursu, & obser-
vantia, quantumlibet longeva, & longissi-
ma per Nos unquam approbata, confirmata,
& admittenda dici, prætendi, præsumi, in-
telligi, induci, vel censei unquam potuis-
se, nec posse, sed ea omnia tamquam in-
juri nostro, Nobisque inconsultis, & in-
fcis, ac præter, & contra mentem, vol-
untatem, & intentionem nostram ab eo-
dem Nuncio facta pro infcis, & ab eorum
initio nullis, & irritis semper, & ubique
haberi debere, perinde ac si illa nunquam
emanassent, tenore præsentium declara-
mus, & ad abundantiorum cautelam ea
omnia, & singula cum ab inde sequentis
quibuscumque reprobamus, revocamus,
irritamus, cassamus, & annullamus, ac pro
reprobatis, revocatis, irritis, cassatis, & an-
nullatis haberi perpetuo volumus, appro-
bationemque nostram, ac beneplacitum
apostolicum fuisse a Nobis negatum pariter
decla-

Clausula rappo-
nt.

declaramus, prout illud, & illam per pre-
sentes denegamus.

§.3. Præsentibus quoque literas, ac om-
nia, & singula in eis contenta, etiam ex eo,
quod quicumque in præmissis, seu eorum
aliquo interesse habentes, seu habere quo-
modolibet prætulerint, illis nullatenus
consenserint, & ad ea vocati, citati, vel
auditi non fuerint, minusque Cause pro-
pter quas eadem præsentibus emanarunt, de-
ductæ, verificatæ, seu alias sufficienter,
aut etiam ullo modo justificatæ non fue-
rint, nullo unquam tempore de subreption-
is, obreptionis, nullitatis, aut invalidi-
tatis vitio, seu intentionis nostræ, aut alio
quovis quantumlibet magno, inexcogita-
to, & substantiali defectu, aut ex quovis
alio capite a jure, vel facto, aut statuto,
vel consuetudine resultantem, sive præscri-
ptionis etiam quadraginta annorum, & im-
memorabilis, ac enormis, enormissimæ,
& totalis læsionis, aut quocumque alio
colore, vel prætextu, etiam in corpore
juris clauso, seu ex quacumque causa, &
occasione, etiam quantumvis justa, ratio-
nabili, & privilegiata; etiam tali, que ad
effectum validitatis præmissorum necessa-
rio exprimentanda foret, aut quod de volun-
tate nostra hujusmodi, & aliis superius ex-
pressis, seu relatis nihil ulli appareret, seu
aliter probari posset, notari, impugnari,
invalidari, retractari, in jus, vel contro-
versiam revocari, aut ad terminos juris
reduci, vel adversus illas restitutionis in
integrum, adpetitionis oris, reductionis
ad viam, & terminos juris, aut aliud quod-
cumque juris, facti, gratiæ, vel justitiæ
remedium impetrari, seu etiam motu pro-
prio, & alias quomodolibet concedi, aut
sic impetrato, vel concessio quempiam uti,
seu se adjuvare in iudicio, vel extra illud
minime posse, sed easdem præsentibus sem-
per validas, firmas, & efficaces existe-
re, & fore, suosque plenarios, & integros
effectus sortiri, & obtinere, ac ab omni-
bus, & singulis, ad quos spectat, & specta-
bit quomodolibet in futurum inviolabiliter
observari.

Et ita judiciali
in omnibus de-
cernit.

§.4. Sicque, & non aliter in præmis-
sis omnibus, & singulis per quoscumque
judices, Ordinarios, & delegatos etiã causa-
rum Palatii Apostolici Auditores, Cleri-
cosque Præsidentes, ac Cameram, & quovis
Sedis, & Cameræ prædictarum mini-
stros, & officiales, necnon S. R. E. Car-
dinales, etiam Vicecancellarios, Camera-
rios, ac etiam de latere Legatos, ejusdem-
que Sedis Nuncios, ac quascumque Con-
gregationes, etiam specialem expressio-
nem requirentes, etiam quorumcumque
S. R. E. Cardinalium, & Prælatorum, & quovis
alios quacumque auctoritate fungentes
nunc, & pro tempore existentes, sublata
eis, & eorum cuilibet quavis aliter judican-
di, & interpretandi facultate, & auctoritate
semper, & ubique iudicari, & definiti debere,
ac irritum, & inane quicquid fecerit super his
a quoquam quavis auctoritate scienter, vel
Bull. Rom. Tom. VI. Par. II.

ignoranter contigerit attentari similiter
decernimus.

§.5. Non obstantibus præmissis ac qui-
busvis Constitutionibus, & ordinationibus
Apostolicis tam generalibus, quam specia-
libus etiam in Conciliis Universalibus edi-
tis, & quatenus opus sit, regula nostra de
non tollendo jure quæsito, & se: re: Pii
Papæ IV. etiam Prædecessoris Nostri de
gratis qualescumque Interesse Camera
Apostolicæ concernentibus infra certum
tunc expressum tempus in eadem Camera
præsentandis, & registrandis, itaut præ-
sentes nullo unquam tempore in eadem
Camera præsentari, seu registrari necesse
sit, necnon quibusvis conniventis, tole-
rantis, taciturnitatis, usibus, consue-
tudinibus, etiam longissimis, ac statutis,
etiam juramento, confirmatione apostoli-
ca, vel quavis alia firmitate roboratis,
privilegiis quoque, Indultis, concessionibus,
licentis, & Literis Apostolicis quibuscum-
que personis, etiam, ut præmittitur, qua-
lificatis, ac Provinciis, Regnis, Nationi-
bus, Civitatibus, Universitatibus, Eccle-
siis, Ordinibus, etiam militariibus, etiam
Sancti Joannis Hierosolymitani, Congre-
gationibus, Institutis, Societati Jesu, aliis-
que locis, & personis quibuslibet, etiam
speciali nota, & expressione dignis, etiam
motu scientia, deliberatione, & potestatis
plenitudine similibus, etiam consistoria-
liter sub quibuscumque tenoribus, & formis,
ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum
derogatoriis, aliisque efficacioribus, & in-
solitis clausulis, & decretis, etiam irri-
tantibus, & aliis quomodolibet in contra-
rium præmissorum concessis, editis, factis,
ac pluries, & iteratis vicibus, confirma-
tis, approbatis, & innovatis. Quibus
omnibus, & singulis, etiam si pro sufficien-
ti illorum derogatione, de illis, eorum-
que totis tenoribus specialis, specifica,
individua, ac de verbo ad verbum, non au-
tem, per clausulas generales idem impor-
tantes mentio, seu quavis alia expressio
facienda, aut alia exquisita forma ad hoc
servanda foret, tenores hujusmodi, ac si
de verbo ad verbum inserti essent, præsen-
tibus pro plene, & sufficienter expressis,
& insertis, formamque in illis traditam
pro servata habentes, ad præmissorum ef-
fectum specialiter, & expresse derogamus,
& derogatum esse volumus, ceterisque
contrariis quibuscumque.

Contraria tollit

Datum Romæ apud Sanctum Petrum
sub Annulo Piscatoris die 6. Aprilis 1641.
Pontificatus nostri Anno XVIII.

Datum die 6.
Aprilis 1641.
An. XVIII.

DCLX XIII.

Ex Regest. in
Secret. Brev.

Decretum publici, & secreti Consilii Populi Romani de anno 1622. emanatum, quo præscribitur, quod Notarii Curia Capitoline esse debeant Notarii Caput Regionum Urbis extenditur ad Protonotarium ejusdem Curia, & Notarios Conservatorum, & Camerarii Ripæ.

Decretum quoad Notarios, ejusque confirmationem lege supra num. 636. fol. 225.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Preces Protonotarii Curia Capitoline pro extensione, de qua in Rubrica

§.1. **E**Xponi Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus Franceschini Curia Capitoline Protonotarius, quod alias, postquam de anno 1622. per secretum, & publicum Populi Romani consilium decretum fuerat, quod Notarii Collegii Capitolini de cætero forent, esseque deberent Notarii Caput Regionum almæ Urbis nostræ, quodque capita Regionum hujusmodi pro tempore existen. nullatenus possent eligere, nec deputare in eorum Regionum Notarios alios, quam ex dicto Collegio Capitolino, & in eventum, in quem aliquis ex dictis Capitibus Regionum alium, quam ex dicto Collegio Capitolino deputasset, deputatio prædicta nulla, & invalida esset, & dilecti filii ejusdem almæ Urbis Conservatores pro tempore existentes aliquem ex dicto Collegio in Notarium Caput Regionum hujusmodi ex officio deputare deberent, subinde per subsequens idem secretum, & publicum Consilium de eodem anno decretum, declaratumque fuit, quod per concessionem dicto Capitolino Collegio, ut supra factam, non intendebatur ullatenus Protonotario dictæ Curia, nec eorumdem Conservatorum, ac Camerarii Ripæ Notariis præjudicatum fuisse, imo ipsos, etiam in Notarios Caput Regionum, & non alios eligi posse. Propter, quod, citato ad ejusdem Protonotarii instantiam dicto Collegio Capitolino, ad videndum reponi a quocumque Decreto præjudiciali, iidem Conservatores sub die secunda Augusti 1639. reposuerunt a dicto Decreto quoad Protonotarium tantum, imo illum in supradicta concessione comprehensum esse declararunt, citato autem postmodum ex parte ejusdem Collegii Capitolini dicto Protonotario ad videndum mandari expediri literas apostolicas cæteris non obstantibus, iidem Conservatores in ante decretis ad ejusdem Protonotarii favorem sub die secunda Septembris 1639. petiverunt.

Causa facti de extensione.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat idem Collegium per quasdam nostras in simili forma Brevis sub die 29. Novembris 1639. emanatas Literas præfatum Decretum anni 1622. confirmari obtinuerint, nulla facta decreti ejusdem secreti, & publici Consilii ad eorumdem Protonotarii, & Notariorum distorum Conservatorum, & Camerarii Ripæ favorem facti expressione, ac etiam non obstantibus aliis decretis, quoad eundem Protonotarium dumtaxat, parte citata emanatis, & licet ex deductis literis nostræ hujusmodi subreptitiæ extortæ, non narrata facti veritate, videantur, nihilominus tamen dicti Collegii Notarii illis utantur, prætendentes se esse Notarios Caput Regionum hujusmodi privative, quoad omnes alios, ac certa emolumenta sibi consignari faciant. Nobis propterea dictus exponens humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

rumdem Protonotarii, & Notariorum distorum Conservatorum, & Camerarii Ripæ favorem facti expressione, ac etiam non obstantibus aliis decretis, quoad eundem Protonotarium dumtaxat, parte citata emanatis, & licet ex deductis literis nostræ hujusmodi subreptitiæ extortæ, non narrata facti veritate, videantur, nihilominus tamen dicti Collegii Notarii illis utantur, prætendentes se esse Notarios Caput Regionum hujusmodi privative, quoad omnes alios, ac certa emolumenta sibi consignari faciant. Nobis propterea dictus exponens humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

§.3. Nos igitur eundem exponentem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præfatas nostras literas eidem Notariorum Curia Capitoline Collegio, servata tamen forma secundi Decreti Consilii publici, & secreti hujusmodi, itaut tam ipse Franciscus modernus, & pro tempore existens Protonotarius hujusmodi, quæ eorumdem Conservatorum, & Camerarii Ripæ Notarii in Notarios Caput Regionum dictæ Urbis eligi possint, suffragari, ac valere in omnibus, & per omnia perinde, ac si de præfato decreto secreti, & publici Consilii hujusmodi ad eorumdem Protonotarii, & Notariorum Conservatorum, & Camerarii Ripæ hujusmodi, ut præfertur, facti, aliisque præfatis mentio facta fuisset.

Extensio.

§.4. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, apostolica auctoritate, tenore præsentium decernimus, & declaramus.

Clausula.

§.5. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Urbis, & Curia prædictarum, ipsiusque Collegii, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, reformationibus, stylis, usus, & naturis, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Da-

Datum die 29. Aprilis 1641. Pontificatus nostri Anno Decimo Octavo.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die vigesima nona Aprilis 1641. Pontificatus nostri Anno Decimo Octavo.

DCLX XIV.

Ex Regest. in
Secret. Brev.

Commissio Ordinario Colonien, persona ecclesiastica compellendi ad solutionem vestigalium, Grani, Farinæ, & Vini ad quinquennium tantum.

Ven. Fratri Ferdinando Archiepiscopo Colonien, Sacri Romani Imperii Principi Electori, seu dilecto filio Officiali Colonien.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ven. Frater, seu dilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem.

Procurator.

Catholicæ religionis zelus, ac sincera fidei, & devotionis affectus, quod dilecti filii Communitas, & Homines Civitatis Colonien, nos, & Romanam prosequuntur Ecclesiam promerentur, ut eorum commodis, & utilitati, quantum eum Domino possumus, libenter consulamus.

Communitas Colonien, pro contributione super grano, farina, &c. ad ecclesiasticos tendenda, causas exposuit.

§.1. Cum itaque, sicut nobis nuper exponi fecerunt Communitas, & Homines prædicti ob assiduas expensas, quas ipsos pro conservatione religionis catholicæ, & dictæ civitatis, ejusque territorii ab Hæreticorum invasionibus preservatione plurium annorum spatio facere oportuit, eadem civitas adeo opibus exhausta sit, ut sumptus pro conservanda deinceps orthodoxa religione in eadem civitate, eaque ab Hæreticorum conatibus tuenda necessario impofterum sustinere non possit, ideoque exponentes prædicti, etiam personas ecclesiasticas tam seculares, quam regulares civitatis prædictæ, quæ, ut asserunt, plusquam unam ex tribus partibus honorum, stabiliam in dicta civitate possident, ad solutionem gabellarum super grano, farina, & vino in civitate hujusmodi impositarum, nostræ, & hujus Sanctæ Sedis auctoritate cogi, & compelli desiderant.

Commissio Colonien, Ordinario pro ut in rubrica.

§.2. Nos considerantes personarum ecclesiasticarum non minus, quam laicorum interesse religionem catholicam in dicta Civitate servatam, & conservari, & Civitatem hujusmodi adversus hæreticorum invasiones præmuniri, ipsosque exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existunt, ad effectum præsentium, dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus, illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinatis, fraterni Bull. Rom. Tom. VI. Par. II.

tati tuæ, frater archiepiscopo, seu discretioni tuæ, fili officialis, per præsentem committimus, & mandamus, ut consilio tibi, quod laicorum facultates pro subeundis deinceps expensis prædictis non suppetant, & dummodo cleri prædictæ Civitatis Colonien, expressus ad hoc assensus accedat, personas ecclesiasticas Civitatis prædictæ tam seculares, quam cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti, etiam specialiter nota, & expressione dignas, exceptis tamen mendicantibus, bona stabilia non possident, & ex elemosynis viven., regulares ad contribuend. in gabellis impositis super grano, farina, & vino in dicta Civitate consumendis, vel ab ea extrahendis, ad quinquennium proximum, dumtaxat, auctoritate nostra cogas, & compellas, ratamque earumdem personarum ecclesiasticarum, per personas ecclesiasticas deputatas, vel deputandas a te exigi facias, absque eo, quod laici se in exactione hujusmodi ullo modo intromittant, & ratam per ipsas personas ecclesiasticas pro tempore solutam communitati, & hominibus prædictis, seu illorum deputatis in præmissis, & non alios usus convertendam consignari cures.

Obstantibus derogatio.

§.3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quarumcumque Ecclesiarum, Monasteriorum, Domorum, & locorum regularium, ac Ordinum, & Congregationum, quorum fuerint, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, exemptionibus, & Literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die XX. Maii 1641. Pontificatus nostri Anno XVIII.

Datum die 20. Maii 1641. An. XVIII.